Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

stant foris, volentes te videre.
Qui respondens dixit ad eos. Mater
mea et fratres mei hi sunt qui verbum
dei audiunt et faciunt. offertorium.
Veritas mea et misericordia mea cum ipso et
in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Inveni David servum meum offertorium.
et in oleo sancto unxi eum manus enim
mea auxiliabitur ei et brachium meum
confortabit eum. offertorium. Iustus ut palma
florebit sicut cedrus quae in libano
est multiplicabitur. Comunio. Beatus
servus quem cum venerit dominus invenerit
ita vigilantem amen dico vobis super
omnia bona sua constituet eum. Comunio.
Euge serve tu quia fuisti fidelis super
pauca super multa te constituam in
gaudium domini tui. Comunio. Fidelis
servus et prudens quem constituit
dominus super familiam suam ut det illis
in tempore tritici mensuram. Comunio. Semen
meum in corde meo semen eius in
eternum manebit et sedes eius sicut sol
in conspectu meo et sicut luna perfecta
in eternum et testis in celo fidelis.

De virginibus. Introitus.

Gaudeamus omnes in domino
diem festum celebrantes in
honore sanctarum virginum de quarum
festivitate gaudent angeli et collaudant
filium dei. Psalmus. Eructavit cor
meum verbum bonum dico ego opera
mea regi. Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites
plebis adducentur regi
virgines post eam proximae eius offerentur
tibi in laetitia et exultatione. Psalmus
Eructavit cor meum verbum bonum
dico ego opera mea regi. Introitus.
Dilexisti iustitiam et odisti in
quitatem propterea unxit te deus
deus tuus oleo laetitiae prae consortibus
tuis. Psalmus. Eructavit cor meum. usque.
Loquebar de testimoniis tuis
in conspectu regum et non con
fundebar et meditabar in mandatis tuis
quae dilexi nimis. Psalmus. Beati immaculati
in via qui ambulant in lege domini.
Me expectaverunt peccatores ut perdant
me testimonia tua domine
intellexi omnibus consummationis vidi finem
latum mandatum tuum nimis. Psalmus. Beati
Doce me domine iustitiam tuam. usque
aequitas iudicia tua et in
veritate tua humiliasti me confige
timore tuo carnes meas a mandatis
tuis non me repellas. Psalmus. Beati
immaculati. usque. De omnibus et unum.

Deus qui nos beatae Oratio.
Virginis et martyris tuae
annua sollemnitate letificas
concede propitius, ut cuius ad venerandam
merituis eius celebratis recreatione
mur exemplis. Per. Hostias
tibi domine laudum virginis et
martyris tuae dicatas meritis be
nignus assume, et ad perpetuum
nobis tribue pacem subsidium. Per.